



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 6. Quænam excusant ab auditione sacri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

Q. 6. *Quanam excusant ab auditione Sacri?*

*Resp.* Excusant 1. impotentia, non solum physica, sed etiam moralis, quando scilicet audiri non potest sine gravi damno, scandalo, vel periculo: ut constat ex communi interpretatione, & consuetudine. Hinc excusantur, qui custodiunt castra, urbem, domum, gregem. Item infirmi, quibus graviter obest foras prodire. Qui tamen ex privilegio possunt audire, vel celebrare in Oratorio Domûs suæ, ad id tenentur; nam non habent moralem impotentiam; & præcipiens aliquid, simul præcipit omnia media ad illud necessaria tum ordinaria, tum extraordinaria, saltem non valde difficilia. Ita *de Lugo*. Nec universalim verum est, neminem teneri uti privilegio; teneris enim uti, quoties ejus usus est necessarius ad servandum aliquod præceptum, quod per talem usum fit moraliter possibile.

2. Charitas, ut si infirmus egeat præsentia alterius. Nam, (ut docet S. Bern. in L. de præcept. & disp.) quod propter charitatem introductum est, non obligat cum ejusdem charitatis dispendio.